De nona pena

Quem cum tumultu magno trahentes illum venerunt ad quoddam flu-
men latissimum ac fetidissimum coopertum igne sulphureo
et dixerunt: Sub isto flumine noveris infernum fore. Ultra flumen vero
illud protendebatur pons qui ultra modum fuit lubricus etiam et in capite
ita gracilis quod vix uno pede hominis sufficiebat. fuit et sic al-
tus fluvius quod non erat modicum. Hec non tantum erant omnibus valde pertime-
scenda et coegerunt illum transire pontem dicentes: flos commovebimus
ventos maximos et turbines qui te in flumen inferni precipitent. Hec vero
dixerunt volentes ipsum terrere. Iterum ut compulsus timore conscenderet ipse
Ille autem angustiatus recordans quantam misericordiam sibi fecit dominus et de
quantis periculis ipsum liberavit spe sua firmiter pontem in domino atque cum
fiducia magna se redemptori omnem commendans compulsus ad memori-
am procedebat et quanto altius ascendit tanto ampliori spacio pons
augebatur. Ita ut paulatim succresceret iterum ut duo carri exci-
perent se obviam concurrentes. Porro demones non potuerunt ultra prosequi mi-
litem sed semper ad pedes pontis stabant expectantes casum illius. At cum
vidissent illum liberum per dei adiutorium transire tantis vocibus clamaba-
nt ad confusionem illum ut magis horrens sibi incuterent quam in aliqua pe-
na quam prius expertus fuisset. Et quod penas inferni pertransiit in aliquo de-
trimentis inferni dicere nesciebat tamen ut eodem quod sunt in tanto ma-
iora pre ceteris penis quanto lux differt a tenebris. Videns autem
miles demonum catervas subsistere non valentes ulterius progredi per-
securus cum angelo ibat quem ei dominus eodem momento miserat addu-
catum prestandum: Sic quod ambo progrederentur per longam viam et quanto plus
ibant tanto amplius lux diei accrescebat usque dum visus occurreret ap-
paruit eis adhuc ambulantibus murus altus. De gaudiis paradisi
Cum vero pervenisset ad locum videbat portam clausam cui cum ap-
propinquasset porta statim aperta est eis et tanta suavitas odo-
ris emissa est ut si totus mundus verteretur ad genus aromatum non vinceret
magnitudinem suavitatis illius. Cum odorem cum sensisset miles